



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Decreta Pelagij pape.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

tionis implebitur. Si vero sanctuaria quæ habebat ablata sunt, rursus earum depositione & missarum solemnitate reuerentiâ sanctificationis accipiet.

¶ De Paschæ solennitate & precum ordine.

V ¶ Pascha verofuturū nos, si deus voluerit, XI. Calendarum maiarum die celebraturos esse cognoscite. Ordinem quoque sanctū in celebritate missarum nullo nos tempore, nulla festiuitate significamus habere diuinum, sed semper eodem tenore oblata deo munera consecrare. Quotiens vero paschalis, aut ascensionis domini, vel Pentecostes, & Epiphaniæ sanctorumque dei fuerit agenda festiuitas, singula capitula diebus apta subiugimus, quibus commemoratione sancte solennitatis, aut eorum faciamus, quibus natalicia celebramus, cætera vero ordine consueto persequimur. Quapropter & ipsius canonicæ preceptis textum direximus subter adiectum, quæ deo propitio ex apostolica traditione suscepimus, & ut charitas tua cognoscat, quibus locis aliquid festiuitatibus apta conuectas, paschalis diei præces simul adiecimus. His igitur fraternitatis tue inquisitio responsis, dominum nostrum quantum possumus exoramus, ut omnibus catholicæ religionis ecclesiis circa vniuersos quos fideles sibi efficit, gratiæ suæ dona multiplicet, & ab omnibus infidelium spiritualis hostis atque carnalis cunctos populos suos redigere dignetur immunes. Significat etiam beatorum apostolorum vel martyrum sicut speramus sancto nos affectui tuo direxisse reliquias, presumptas fidem vestram eorum deinceps plenius esse meritis adiuuandam.

VI. Si quis episcopus, aut presbyter iuxta preceptum domini non baptizauerit, in nomine patris & filii & spiritus sancti, sed in vna persona trinitatis, aut duabus, aut in tribus patribus, aut in tribus filiis, aut tribus paracletis, proiciatur de ecclesia dei.

VII ¶ Nulli vel tenuiter sentienti, vel pleniter sapienti dubium est, quod ecclesia Romana fundamētum, & forma sit ecclesiarum, à qua omnes ecclesias principium sumpsisse nemo recte credentium ignorat, quoniam licet omnium apostolorum par esset electio, beatus tamen Petro concessum est, ut cæteris premineret, vnde & Cephas vocatus, quia caput est & primus omnium apostolorum. Et quod in capite precessit in membris sequi necesse est. Quapropter sancta Romana ecclesia eius merito domini voce consecrata, & sanctorum patrum autoritate roborata primatum tenet omnium ecclesiarum, ad quam tam summa episcoporum negocia, & iudicia atque quæ relegate, & maiores ecclesiarum questiones, quasi ad caput semper referenda sunt. Nam & qui se scit alius esse propositum, non moleste ferat aliquem esse sibi prelatum, ipsa namque ecclesia quæ prima est, ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largiendas, ut in parte sint vocate solitudinis non in plenitudine præsentis, vnde omnium appellatum apostolicam sedem episcoporum iudicia & cunctarum maiorum negocia causarum eidem sanctæ sedi reservata esse liquet, præsertim cum in his omnibus eius semper sit expectandum consultum, cuius tramiti si quis obuiare tentauerit sacerdotum causas se non sine honoris sui periculo apud eandem sanctam sedem nouerit redditurum. Data Caleñ. Martij V. vifiliano, & Iohanne. III. CC. consulibus.

Incipiunt decreta Pelagij pape.

¶ Epistola Pelagij papæ ad Vigilium.



Elagius episcopus Vigilio coepo salutem. Gaudeo fidei deuotione tue quod religiosum studium & diuinum officium dignanter impendis, & maxime quod fidei inimicos emularis apostolicæ sedis quærens exempla didici sane tam platorum tuarum que & per literas tuas quod sunt quidam pœnes vos qui dicentes garrunt. Qualiter pater & filius vnus potest esse deus, cum præter patrem alius non sit deus qui dicatur ingenuus atque inuisibilis: hi sane si scirent donum dei, & vere fidei regulas intelligerent, nequaquam talia mutarēt, sed quia non habentes munda corda que videre secreta dei & intelligere mysterium valeant diuina, & mundanda sunt prius corda eorum per penitentiam ut intelligere postmodum, & capere lumem veritatis possint. Quibus tamen ad eorum ac multorum illuminationem corrigendo raliū errorē apostolica autoritate respondendum est ita. Quomodo vos pater & filium vnū profiteri non vultis: Eos etiam nos vnū & verum deum à prophetis & apostolis ostendimus predicatum, à quibus etiam spiritum credimus factum non esse discretum Esaias propheta dicente, Ego sum deus, & non est alius propter me. Et per metipsum iuro, quia exiit ex ore meo veritas, & sermo meus non auertit, quia mihi inclinabitur omne genu, & omnis lingua iurabit per dominum dicens, iustitia & gloria ad eum veniet. Et ut hoc in testimonio patrem simul & filium cognoscas fuisse, Paulum audi dicentem, ut in nomine inquit Iesu omne genu flectat celestium, terrestrium, & inferorum. Et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris omnipotentis. Quod si iste filius minor est patre suo, ergo minorata est gloria patris in filio. Et ubi est quod in Salomone scriptura loquitur dicens, sicut etiam in conspectu eorum inquit, magnificatus es in nobis, ita in conspectu nostro magnificaberis in illis, ut cognoscant te sicut & nos cognouimus, quoniam non est deus propter te dominus. Diligenter attende & agnosce filium esse, qui magnificabitur in iudicio dum venerit viuos & mortuos iudicare. Itē Esaias.

Audi-

Audite domus Iacob & residuū domus Israel q̄ egredimini ex vtero meo, & erudimini à puero vsq; ad senectutē. Ab initio ego sum, & q̄sq; senescatis ego sum. Ego vos feci, & ego sustineo. Ego remittā, & ego suscipiā, dicit dñs, Et iterū, Ego sum dñs deus, & p̄ter me nō est alius deus, annūtiās nouissima priusq; fiāt, & statim cōsummata sunt. Itē alibi. Audi me Iacob & Israel, quē ego feci. Ego sum dñs deus tuus, & nō est alius p̄ter me. Itē alibi. Ego sum dñs deus tuus, primus & ego nouissimus, & in ea q̄ sup̄uētura sunt in nouissimo ego sum. Itē alibi. Ego sum deus q̄ te creauī, q̄ te adiuī, & cōmuniui dextera mea, & vnitate patris, & filij assignās loquit̄ dicēs. Ego testis vester dicit dñs deus, & puer meus tu quē ego elegi, vt sciatis & credatis q̄a ego sum, an̄ me nō fuit alius deus, & post me nō erit. Vnū h̄retice elige ē duobus, aut fate-re patrē & filiū vnū deū, aut si solū patrē deū esse cōtendis. Ergo tibi dñs deus Iesus Chr̄s dei filiū nō erit deus, q̄a scriptū est; Ante me nō fuit alius deus, & post me nō erit. Si secundū te ita est, cur ap̄tus talia p̄dicat & eundē filiū deū super oīa b̄ndictū insinuat. Quorū patres, inquit ex quibus Chr̄s secundū carnē, qui est super oīa deus b̄ndictus in secula. Itē Esaias dicit. Dñs deus Israel, qui liberabit eū Aegypto. Ego sum primus & ego post h̄c, & p̄ter me non est deus sicut ego sum q̄ stet, & vocer, & p̄paret mihi ex q̄ hominē feci in seculū. Itē ibi, Itē est deus & nesciebamus, deus & nō est alius deus p̄ter te. Tu em̄ es deus & nesciebamus, deus Israel saluator vnus deus. Nō sunt pater & filius dñi, q̄a est deus in quo esse dicit̄ deus p̄ter aliū deū nō esse propheta s̄p̄enūmero protestat̄. Et Hieremias, Hic deus noster, ait, & nō applicabitur alter ad eū, qui inuenit omnē scientiā viā, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilectō suo. Post h̄c in terris visus est, & inter hoīes cōuersatus est. Et in Salomone, Miserere nobis deus oīm. Et ostēde nobis lumen miseracionis, & immitte timorē tuū super gētes quē nō exquiserūt te, & cognoscāt quia nō est alius deus, nisi tu. Item ibi, Dñe deus Israel, nō est tibi similis in celo sursum, neq; in terra deorsum, Et in psalmo. XVII. Quoniā quis deus p̄ter dñm, aut quis deus p̄ter deū nostrū; Et in Genesi. Et pluit dñs à dño ignem & sulphur super Sodomā & Gomorham, & euertit ciuitates illas. Si solus pater deus est, quis pluit ignem & sulphur à dño, vel sup̄dictas ciuitates euertit. Quāso responde. Et Deuteronomiū. Dñs solus deducebat eos, & nō fuit cū illis deus alienus. Et Paulus ap̄tus. Vnus deus qui iustificat circūcisionē ex fide & p̄p̄tūū per fidē, Et ad Corinthios, Deus erat in Christo mundū reconciliās sibi, Et iterū, Non est deus, nisi vnus, Et ad Galatas, Mediator aut̄ vnus non est, Deus aut̄ vnus est. Et vnitate patris & filij & sp̄s sancti demonstrans, Ephesius scribens, ita cōfirmat. Sufferētes inuicē in charitate solliciti seruare vnitate sp̄s in vinculo pacis, vnū corpus, & vnus sp̄s, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę, vnus dñs, vna fides, vnū baptisma, vnus deus. Si em̄ p̄dicū h̄retici vnitate fidei voluerint simplici corde recipere, ex hoc itā testimonio in vno sp̄ū possunt si mul̄ patris & filij vnitate condiscere, patrē igit̄ vt ipsi se dicunt inuenisse in diuinis literis ingenitū proprie positū nec legere possunt penitus, nec probare. Sed q̄a id ipsum fides exigit christiana absq; vlla dubitatiōe ingenitus creditur, q̄ tñ secundū seriē scripturay in filio à se genito visus esse monstratur. Apostolus vero Paulus missionē filij dei in sp̄ū sancto longe ante cōspiciens, Romanę ecclesię scribēs h̄c testatus est dicens. Quod em̄ impossibile erat legi, in q̄ infirmabat̄ per carnē deus filiū suū misit in similitudinē carnis peccati, & de peccato dānauit peccatū in carne, vt iustitia legis impleret̄. Cernis ne, qm̄ filius nō secundū deitate à patre missus est, sed secundum carnē quā clementer & pie pro nobis assumere non dedignatus est. Nā quod semetipsum exinanita maiestatis suę potētia, idē se filius miserit ap̄tulus cōtestatur dicens. Semetipsum exinanuit formā serui accipiēs, humiliavit semetipsum factus obediens vsq; ad mortē, mortē aut̄ crucis. Et Esaias, Nō legatus, neq; angelus, sed ipse dñs veniet, & saluabit eos. Item ibi, Palā apparui nō q̄rentibus me, Et in Hieremia, Dereliqui domū meā, dimisi h̄reditē meā, & veni, & factus sum illis in opprobriū. Et in Michæa. Ecce dñs veniet, & cōmouebunt mōtes sub eo. Et in Zacharia, Gaude & exultate filia Sion, q̄a ecce ego venio, & cōmōrabor in medio tui dicit dñs. Et ap̄tus ad Timotheū, Fidelis sermo & omni acceptiōe dignus, q̄a Iesus Chr̄s venit in hūc mundū peccatores saluos facere. Et Malachias, Ecce subito veni et in tēplo suo dñs, quē vos q̄ritis, & angelus testamēti, quē vos vultis. Et in euāgelio, Nō veni vocare iustos, sed peccatores in p̄nitētia. Iterū ibi, Quid nobis & qd̄ tibi Iesu fili dei, venisti ante tēpus perdere nos; Itē ibi, Venit filius hoīs q̄rere & saluū facere qd̄ perierat. Itē ibi. Ego veni vt vitā habeāt, & vt abūdātius habeāt. Itē ibi. Nemo ascēdit in celū nisi q̄ descēdit de celo, filius hoīs q̄ est in celo. Nūquid in his tantis ac talibus testimonijs, quibus se filius dei à semetipso venisse testatus est, poteris dicere, ab alio & nō à semetipso venisse. Dū manifestū est eū q̄ carnē nostrā dignāter assumpsit voluntarie & nō ab alio missus aduenerit. Nā q̄ in patre manēs, vbiq; potētia sua cōsistit, vbi à patre mitteretur omnino non habuit. Scimus em̄ quoniā nulla pars celoꝝ ac terrę à cōspectu patris excipit, vbi secūdū eos à patre filius mittetur. In-

tur. Interim vero det operā quātū fieri p̄ tua dilectio, vt oībus ecclē filiis innotescat, quid contra ipiū sensū scđm euāgelicā doctrinā & aplicā pdicemus, q̄ licet plene q̄ semp̄ fuisset atq; eēt catholicorū sn̄a scripserimus, tñ nūc q̄q; ad cōfirmādas oīm mētes nō parē exhortatōis addimus. Memor em̄ sum me sub illius noīe ecclē p̄sidere, cuius à dño Iesu Christo ē glorificata cōfessio, & cuius fides oēs qdē hæreres destruit, sed maxime impietate p̄ntis erroris expugnat, & itelligo aliter mihi nō licere, q̄ vt oēs conatus meos ei cause ī q̄ vniuersalis ecclē salus inest, impēdā. Ne autē aliq̄ negligētē occasiōe scripta n̄ra ad vos nō potuerit puenire, & exēplaria eorū nūc mittēda credim⁹, vt nullomō fidei quā defendim⁹ pdicatio v̄ræ doctrine notitiē subtrahat. Data. V. noī. Maij Iohāne Narsete. IIII. CC. cōsulib.

Incipiunt decreta Johannis pape.



A Johannes ep̄s vniuersis ep̄is p̄ Germaniæ & Galliæ puincias cōstitutis in domino salutē. Optauerā siquidē charissimi p̄ n̄ri charitate collegij omēs dñi sacerdotes in vna deuotōe p̄sistere, nec quēquā phibita gratia, aut fauore sacerdotū seētari, aut à via recta discedere, & quāquā credamus dilectionē vestrā ad omē opus bonū eē paratā, vt tñ efficacior fiat, cōgruū nobis visum ē l̄ris sedis aplicæ, vt aīcessorū q̄q; n̄rorū vestigia imitemur, vos monere p̄cepta diuina & aplicæ sedis instituta viriliter pagere, & phibita non tangere sed cauere, nec cuiquā liceat vnq̄ doctrinā parē deserere, & sacerdotali honore gaudere. Perlatū est ad sedē aplicā emeruisse, & denuo reuiuiscere phibitū, & funditus extirpādū, tā à sc̄to Damaso q̄ à sc̄to Leone viris aplicis, atq; ab vniuersis synodali autoritate ep̄is rephensibile atq; oppido inolitū vsum eo qd qdā corep̄i, qui & à pdictorū aīcessorū sc̄torū aplicorū patrib⁹ & viris apostolicis, & ab ip̄is siue à nobis sunt phibiti, sicut eorū haecenus testant̄ decreta vltra modū suū p̄grediētes, donū sc̄ti sp̄s p̄ ip̄ositionē manuū tradāt, & alia q̄ solū p̄tificibus debent cōtra fas pagant, p̄sertim cū ex. LXX. discipulis q̄q; speciē in ecclesia gerūt legatur nullus donū sp̄s sancti p̄ manus ip̄ositionē tradidisse. Qd̄ autē solis apl̄is eorūq; successoribus p̄priū sit officij tradere sp̄m sc̄tm̄, liber Actū Apostolorū docet. In cōcilio vero Cēsariensi ita de corep̄is habet scriptū. Corep̄i q̄q; ad exēplū & formā. LXX. vident̄ esse, vt cōministri autē p̄pter studiū qd̄ erga pauperes exhibēt honorent. Si em̄ meliores sanctioresq; sanctis apl̄is esse putatis, facite q̄ illi nō fecerūt, & sup̄ extollite vos illis. Si em̄ eiusdē ordinis estis & equiparare vos vultis illis, nolite agere q̄ illi non egerunt, sed imitamini prout meli⁹ potestis exēpla, & vestigia eorū, illi autē p̄cipiēte dño illisq; denūtiāte, vt illi & successores eorū tñ modo p̄ manus ip̄ositionē traderēt sp̄m sc̄tm̄, & nullū vnq̄ ex. LXX. scientes eis illicitū fore, q̄q; typū (vt pdictū est) corep̄i anteq̄ phibiti essent in ecclesia gerebāt tradere p̄ manus ip̄ositionē sp̄m sc̄tm̄ pmiserūt, dātes successoribus eorū exēplū, ne vnq̄ talia p̄sumerēt. Vñ in actibus apostolorū scriptū ē. Cū audissent apl̄i, qui erāt Hierosolymis, q̄ recepit Samaria verbū dei, miserūt ad eos Petrū & Iohannē. Qui cū venissent orauerunt p̄ ip̄is, vt acciperent sp̄m sc̄tm̄. Nec dū em̄ in quemq̄ illoꝝ venerat, sed baptizati tñ in noīe dñi Iesu. Tunc ip̄onebāt manus sup̄ illos, & accipiebāt sp̄m sc̄tm̄. Nō ergo vt iā dictū est alique ex. LXX. licet pauci essent apostoli ad hoc opus p̄ficiendū direxerunt, sed Petrum & Iohannē apostolos p̄ manus ip̄ositionē tradere sp̄m sc̄tm̄ miserunt, q̄q; vicē ep̄i in ecclesia gerunt, & nō corep̄i, qui LXX. discipulorū formā aī phibitionē eorū gerebant. Quod illi nō fecerūt vos facere nolite, ne dissimiles eis, & indigni eorū successionē & ministerio esse videamini, quia vt ait dñs in euāgelio, qui nō est mecū aduersum me est, & qui non colligit mecū dispargit. Sic autē Petrus princeps apostolorū adiutores sibi ascituit Linū & Cletū, nō tñ potestate pontificij, aut ligandi vel soluēdi eis normā tradidit, sed successori suo sancto Clemēti, qui sedē apostolicā post eū & ptātem p̄tificale tradente sibi beato Petro tenere p̄meruit. Linus vero & Cletus ministrabāt exteriora, princeps autē apl̄orū Petrus verbo & oratōi insistebat, & q̄ nō incōgrue ad traditionē sp̄s sancti p̄ manus ip̄ositionē p̄tinent. Vñ & in actibus apostolorū scriptū habet. Nō est equū nos reliquere verbū dei & ministrare mēsis. Quapropter. LXX. electi sunt discipuli qui exteriora pagerēt, ipsi vero apostoli verbo & oratōi insistēt, inde & in euāgelio scđm Lucā scriptū est ita, Posthec autē designauit dñs & alios. LXX. duos, & misit illos binos aī faciē suā in oīm ciuitatē & locum quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidē multa, operarij autē pauci. Rogate ergo dñm messis, vt mittat operarios ī messē suā. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculū, neq; perā, neq; calciāmētā & neminē p̄ viā salutaueritis, in quācūq; domū intraueritis, primū dicite, pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet sup̄ illū pax v̄ra. Sin autē ad vos reuertet̄, in eadē autē domo manete edētes & bibētes q̄ ap̄ illos

z sunt,